



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

De Novo Bvrgo Et De Valle S. Georgij Abbatibus, & Praeposito S. Severi de
Effordia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

decessor noster super renuntiatione à te super privilegio & alis scriptis facta nullum tibi vel successoribus tuis aut etiam monasterio & duabus capellis de Pigavia præjudicium voluit generari. Quia vero in eisdem literis commissoris expressit quod indagationem libertatis ejusdem monasterij, cum duabus capellis in eadem villa positis, apostolicæ sedis examini per omnia reservavit, quicquid contra formam hujus mandati à delegatis prædictis actum est revocamus, & viribus omnino carere censemus; reservantes eidem Episcopo liberam facultatem ut contra libertatem ipsius monasterij ordine judicario valeat experiri; interim autem donec ipsa quaestio canonice terminetur, tu & monasterium tuum non compellamini obedientiam eidem Episcopo exhibere, sed in eo statu maneat in quo post imperatum privilegium, & ante datum arbitrium, dignoscimini exitisse. Quoniam ergo personales injuriæ, quæ præcesserant, per arbitrium sunt lopitæ, cùm vos viçissim in pacis osculum receperitis, quaestiones tam super ablatorum restitutio- ne quam super subjectione monasterij duximus committendas. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud S. Petrum, III. Idus Iulij &c.

*DE NOVO BVRGO ET DE VALLE
S. Georgij Abbatibus, & Præposito
S. Severi de Effordia.*

Epist. 318.
Ejusdem fidei
argumenti cum
superiore.

Cum inter vener. fratrem nostrum Mersburgen. Episcopum & dilectum filium Abbatem de Pigavia super diversis articulis controversia vertetur, & eadem sape fuisset à bonæ memoriae Celest. Papa prædecessore nostro commissa, tandem ad præsentiam nostram Abbas prædictus & dilecti filii Hen. & B. procuratores ipsius Mersburgen. Episcopi accedentes, cùm super ea in auditorio diutiis nostro litigassent, sententiam à nobis accipere meruerunt, cuius tenor ex literis nostris sententiam continentibus vobis pleniùs innotescet. Verum cùm pro defectu probationum quaestio quæ vertitur inter eos super statu monasterij de Pigavia non potuerit terminari, nos inquisitionem ipsius veræ duximus experientia committendam, diffinitiva nobis sententia reservata. Ceterum quia idem Abbas multis & magnis se queritur à dicto Episcopo

vel mandato ejus per alios spoliatum; per apostolica vobis scripta mandamus atque præcipimus quatenus thesauri Ecclesiae, privilegiorum, indulgentiarum, & aliorum, quibus eum inveneritis minus rationabiliter ab Episcopo deflatum, facta sibi restitutione plenaria, super libertate seu subjectione præmissi monasterij & aliis quæ adversus se duxerint proponenda inquiratis, solum Deū habentes pra oculis, sine personarum acceptione, plenissimè veritatem, & usque ad diffinitivam sententiam subl. appellationis diffugio procedentes, gesta omnia nobis mittatis sigillorum vestrorum munimine roborata; ut per ea certiores effecti, securius in ipso negocio procedere valeamus; certum terminum partibus assignantes, ad quem nostro se conspectui repræsentent, diffinitivam sententiam recepturæ. Nullis literis &c. harum mentione non habita, præter assensum partium &c. Quod si omnes &c. tu dilecte fili Abbas de Novo Burgo cum eorum altero &c. Testes cogantur. Datum Reate, XII. Kal. Auguſti.

*ARCHIEPISCOPO, DECANO,
& Praecentori Lugdunen.*

Epib. 319.
Committit
causa archi-
diaconatus Ca-
bilonensis. C um pro causa quæ inter dilectos filios Falconem & Gualterum Cabilonensis Ecclesiae Archidiaconos verte- batur, procuratores utriusque partis ad nostram præsentiam accesserunt, nos eis dilectum filium nostrum G sancti Adriani Diaconum Cardinalem concessimus auditorem: coram quo ipsius F. Archidiaconi procurator proposuit quod cùm olim pro variis gravaminibus, quæ adversarij ejus Cabilonen. Ecclesiae inferebant, ad sedem apostolicam accesserit, ad dilectos filios Abbatem sancti Martini, Cantorem Eduensem, Archidiaconum Flaviniacen. literas imperavit ut dictum G. Archidiaconum cano- nica districione compellerent ut ab Cabilonen. Ecclesiae & hominum cuiusdam Obedientia ejus, quæ Potestas Boiaci dicatur, molestatione cessaret, & de injuriis illatis ipsum eidem Ecclesiae satisfactio- nem cogerent debitam exhibere. Cum- que judices secundum mandatum apostolicum vellent in causa procedere, pars adversa, ut judicium declinaret, sedem apostolicam appellavit. Adjectit etiam quod à bonæ memoriae Celestino Pa- pa prædecessore nostro confirmationis literas